Part One

Latin-French Version

Que
le Sacré Cœur de Marie
nous protège et nous entoure de toute la
tendresse de son Cœur

Cérémonial

POUR LA

Vêture et la Profession

des Religieuses

du Sacré Coeur de Marie

Vierge Immaculée

1850

BIBLIOTECA DAS "FONTES"
R S C M
PROVÍNCIA BRASILEIRA

1928

BIBLIOTECA DAS "FONTES"
Nº 352/96
14/06/96
R. S. C. M.

NIHIL OBSTAT

GUSTAVUS advocatus Persiani Sacræ Congregationis Rituum Assessor, et Sanctæ fidei Subpromotor.

ORDEM das CERIMÔNIAS

Veni Creator - Oremus

Santa Missa

Vestição:

Prática
Benção dos Hábitos ..... Orémus
Perguntas ..... Orémus

Saida das Postulantes - Canto "Regnum Mundi"
Côro
Depois da Vestição, as Noviças voltam aos pés do altar onde recebem o novo nome, corôa de espinhos e a vela acesa. Em seguida a Oração "Accipe Soror" e depois acaba a cerimônia da Vestição pelo Orémus etc.

Profissão Temporária e Perpétua:

Benção das Cruzes... Orémus (Asperge e insença a cruz.)
Perguntas: Profissão Temporária e Perpétua
Vela, Sub Tuum, versículos e respostas,
Orémus.
Confiteor ..... recitado pela Noviça
Absolvições

A Noviça vem ao altar fazer os votos. Terminando o Oficiante diz: "E eu da parte de Deus".... entrega da Cruz.

Regnum Mundi - Côro - Orémus

Terminando a Oração, dá-se a Benção do Santíssimo Sacramento depois da qual canta-se o "Te Deum".

✠ Ordre des Cérémonies ✠ pour la prise du saint Habit des Religieuses du Sacré Coeur de Marie, Vierge Immaculée. ✠ ✠

L'Officiant, revêtu des habits sacerdotaux, se rend au pied de l'Autel et entonne l'hymne suivante que continuent les Religieuses et les personnes qui assistent à la Cérémonie.

Hymne

VENI Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita;
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te práevio,
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium;
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Pátri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sáecula. Amen.

Le *Veni Creator* étant terminé, l'Officiant dit:

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Concéde nos, fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum. Amen.

Immédiatement après, commence la sainte Messe.

Les Postulantes, objet de la Cérémonie, doivent être placées sur les premiers bancs près de la sainte Table. La Maîtresse des Novices se trouve avec elles.

Au moment de la Communion, la Révérende Mère Supérieure se rend la première à la Table sainte, les Postulantes la suivent immédiatement; vient ensuite la Maîtresse des Novices, puis enfin la Communauté.

La sainte Messe est suivie de la Prédication, après laquelle l'Officiant, revêtu du rochet et de l'étole des cérémonies, procède comme il suit à la Bénédiction de l'Habit, qu'on aura porté près de l'autel du côté de l'Epître.

Bénédiction de l'Habit

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.
R. Ex hoc nunc et usque sáeculum.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, Pater omnípotens, hoc genus indumentórum quod sancti patres in honórem beátæ Maríæ Vírginis, et ad innocéntiæ et humilitátis indícium soróres abrenunciáto sæculo ferre sanxérunt ita ✠ benedícere, ✠ et sanctificáre dignéris : ut hæc ancílla tua [hae ancíllæ tuæ] quæ et cupit [cúpiunt] indúere, exúta [exútæ] ab omni sorde vitiórum, atque ab omni perturbatióne cállidi insidiatóris deínceps protécta [protéctæ] in Ecclésia tua sancta, de die in diem virtútum fulgóre renovétur [renovéntur]. Per Christum. Amen.

L'Officiant asperge l'Habit, et puis dit sur la Postulante les Oraisons suivantes:

Orémus

DEus, qui per Abraham, fámulum tuum, humáno géneri obediéntiæ exémplum tribuísti, quod in tanta fílii tui obediéntia nobis étiam in exémplum profícere dignátus es, concéde huic ancíllæ tuæ [his ancíllis tuis], suæ voluntátis pravitátem frángere ac tuis præcéptis in ómnibus esse devótam [devótas]. Per Christum. R. Amen.

Orémus

OMnípotens sempitérne Deus, réspice propítius Ecclésiæ tuæ preces, et da huic ancíllæ tuæ [his ancíllis tuis] quam [quas] ad novam grátiam vocáre dignátus es, fidem rectam, caritátem perféctam, humilitátem veram: concéde Dómine ut sit in ea [eis] simplex affféctus, firmum in obediéntia perseverándi propósitum, pax perpétua, mens pura, rectum et mundum cor, volúntas bona, consciéntia sancta, compúnctio spirituális, virtus ánimæ, vita immaculáta, consummátio perfecta ac viríliter currens [curréntes], in tuum introíre regnum felíciter mereátur [mereántur]. Qui vivis. R. Amen.

Les Oraisons étant terminées, l'Officiant interroge la Postulante:

Questions

L'Officiant. *Ma fille, que demandez-vous?*

La Postulante. Monseigneur, le Saint Habit des Religieuses du Sacré-Cœur de Marie.

L'Officiant. *Ma fille, le Saint Habit de cette Communauté n'est qu'un symbole de la mort au monde, de l'Obéissance, du Renoncement, de la Pauvreté, de l'Humilité que vous devrez pratiquer tous les jours de votre vie, ainsi que de la vie parfaite que vous devrez mener à l'exemple de Jésus-Christ et de sa sainte Mère, la Vierge Marie. Voyez si vous y êtes pleinement déterminée pour la gloire de Dieu, pour votre sanctification et le salut des âmes.*

La Postulante. Monseigneur, telle est ma demande et mon intention bien réfléchie.

L'Officiant. *Ma fille, encore une fois, êtes-vous pleinement déterminée à vivre et à mourir sous le joug de Jésus-Christ, pour son seul amour, et à fouler aux pieds la gloire et les joies de la terre pour imiter la vie des Apôtres et embrasser généreusement tous les travaux, les peines et les sacrifices nécessaires pour votre perfection et les œuvres de zêle auxquelles vous appliquera la sainte Obéissance?*

La Postulante. Monseigneur, appuyée sur la grâce de Dieu, et assistée des prières de cette Communauté à laquelle je vais avoir le bonheur d'appartenir, j'y suis pleinement déterminée.

L'Officiant. Deus qui in te [vobis] cœpit ipse perfíciat. Per Christum. R. Amen.

Orémus

DOmine, Jesu Christe, sine quo nihil póssumus, da huic fámulæ tuæ [his fámulis tuis] et semper fácere et velle, quod te inspiránte inténdit [inténdunt] et illud te adjuvánte perfícere. Qui vivis et regnas Deus in sáecula sæculórum. R. Amen.

L'Oraison étant terminée, la Mère Supérieure et la Maîtresse des Novices se retirent avec la Postulante, à qui la Supérieure coupe les cheveux, et que l'on revêt immédiatement du saint Habit. Pendant ce temps on chante :

Regnum Mundi

I.

Regnum mundi, et omnem ornátum sæculi contémpsi, propter amórem Dómini mei Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

II.

Eructávit cor meum, verbum bonum. Dico ego ópera mea Regi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

III.

Elégi abjécta esse in domo, Dómini mei Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

Antienne

Prudéntes vírgines aptáte vestras lámpades, ecce sponsus venit, exíte óbviam ei.

Antienne

Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ et ornavérunt lámpades suas.

Antienne

Et quæ parátæ erant intravérunt cum eo ad núptias et clausa est jánua.

Exuat te [vos] Dóminus véterem hóminem cum áctibus suis.

R. Amen.

Induat te [vos] Dóminus novum hóminem qui secúndum Deum créatus est in justítia et sanctitáte veritátis, in nómine Patris, et Fílii et Spíritus Sancti.

R. Amen.

La nouvelle Novice, en rentrant dans la Chapelle, se place à la sainte Table, et l'Officiant lui confirme le Nom en disant :

Ma fille, désormais, vous vous appellerez Sœur N . . .

Puis il lui pose sur la tête une couronne d'épines.

Enfin, il lui remet un cierge allumé en disant :

Accipe, soror caríssima, lumen corporále in signum lúminis interióris, ad repelléndas ex te ténebras

ignorántiæ, vel erróris, et lúmine divínæ sapiéntiæ illustráta cum fervóre sancti Spíritus, Jesu Christi Ecclésiæ sponsi, ætérnum consórtium mereáris, in nómine Patris et Fílii. R. Amen.

Puis l'Officiant dit:

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et hanc fámulam tuam [has fámulas tuas] cui [quibus] in tuo nómine hujus sanctæ ac sacræ religiónis induméntum imposúimus, ✠ benedícere dignéris, et præsta ut te largiénte in Ecclésia devóta persístat [persístant] ut vitam mereátur [mereántur] ætérnam. Per Christum. . . .

R. Amen.

Orémus

TUam, Sancte Spíritus, grátiam implorámus in fámulam tuam [fámulas tuas], affféctum devotiónis infúnde, ut sicut sapiéntia tua est adjúta [sunt adjútæ], ita quoque tua providéntia gubernétur [guberneántur], et per intercessiónem beatíssimæ et gloriosíssimæ semper Vírginis Maríæ, et ómnium Sanctórum, fac eam [eas], a vanitáte sæculi veráciter convérti et sic depriméntem impietátis obligatiónem in ea [eis] dissólve, et ad observántiam hujus

sancti propósiti fac eam [eas] veráciter fervére, ut in tribulatiónibus et angústiis tua indeficiénti consolatióne váleat [váleant] respiráre, ac juste et pie per veram humilitátem, atque obediéntiam in vera fraternitáte fundári váleat [váleant] et quod te donánte hódie promísit [promisérunt] felíci perseverántia cómpleat [cómpleant]. Qui cum Deo Patre et ejúsdem Fílio vivis et regnas per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

Les Oraisons étant terminées, on donne la Bénédiction du Saint-Sacrement après laquelle on chante le *Te Deum,* ou on le psalmodie.

Cantique d'action de grâces

TE Deum laudámus,* te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem,* omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli,* tibi Cœli, et univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus,* Apostolórum chorus.

Te Prophetárum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidátus,* laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Eclésia.

Patrem * imménsæ majestátis,
Venerándum tuum verum * et únicum Fílium.
Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ,* Christe.
Tu Patris * sempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,* non horruísti vírginis úterum.
Tu, devícto mortis acúleo,* aperuísti credéntibus regna cœlórum.
Tu ad déxteram Dei sedes,* in glória Patris.
Judex créderis * esse ventúrus.
Te ergo quáesumus, tuis fámulis súbveni; * quos pretióso sánguine redemísti.
Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.
Salvum fac pópulum tuum, Dómine,* et bénedic hereditáti tuæ.
Et rege eos,* et extólle illos usque in ætérnum.
Per síngulos dies * benedícimus te.
Et laudámus nomen tuum in sáeculum,* et in sáeculum sáeculi.
Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.
Miserére nostri, Dómine,* miserére nostri.
Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,* quemádmodum sperávimus in te.
In te, Dómine, sperávi * non confúndar in ætérnum.

Cérémonial de la Profession

L'Officiant, revêtu des habits sacerdotaux, se rend au pied de l'Autel et entonne l'hymne suivante, que continuent les Religieuses et les personnes qui assistent à la Cérémonie.

Hymne

VENI Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita;
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te práevio,
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium;
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Pátri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sáecula. Amen.

Le *Veni Creator* étant terminé, l'Officiant dit:

V. Emítte spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Salvam [salvas] fac ancíllam tuam [ancíllas tuas] Dómine.
R. Deus meus sperántem [sperántes] in te.

V. Mitte ei [eis] Dómine auxílium de sancto.
R. Et de Sion tuére eam [eas].

V. Nihil proficiat inimícus in ea [eis].
R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei [eis].

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum. Amen.

Immédiatement après, commence la sainte Messe.

Les Novices, objet de la Cérémonie, doivent être placées sur les premiers bancs près de la sainte Table. La Maîtresse des Novices se trouve avec elles.

Au moment de la Communion, la Révérende Mère Supérieure se rend la première à la Table Sainte, les Novices la suivent immédiatement; vient ensuite la Maîtresse des Novices; puis enfin la Communauté.

La sainte Messe est suivie da la Prédication, après laquelle l'Officiant, revêtu du rochet et de l'étole des Cérémonies, procède, comme il suit, à la Bénédiction des Insignes de Profession, qui sont la Croix avec le Cœur pour les Sœurs de Chœur et la Croix simple pour les Sœurs Converses.

La Profession Temporaire

Bénediction des Insignes de la Profession

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.
R. Ex hoc nunc et usque in sáeculum.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DOmine, Jesu Christe, qui dilexísti nos et tradidísti temetípsum pro nobis, imménsam tuæ largitátis abundántiam implorámus, ut hæc signácula donatiónis et consecratiónis, glóriæ nóminis tui et honóri Cordis sacratíssimi Maríæ Vírginis Matris tuæ, ita ✠ benedícere et sancti ✠ ficáre dignéris, ut hæc fámula tua [hæ fámulæ tuæ] quæ illis indúta fúerit [indútæ fúerint] te indúere mereátur [mereántur]. Per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

L'Oraison étant finie, l'Officiant dit en aspergeant: *Aspérges me,* puis il encense les insignes de la profession.

Pendant ce temps, la Novice se rend à la sainte Table, où l'Officiant lui adresse les questions suivantes:

Questions pour la Profession Temporaire

L'Officiant. *Ma fille désirez-vous faire la sainte profession Religieuse?*

La Novice. Oui, Monseigneur, je le désire ardemment.

L'Officiant. *Y avez-vous bien pensé?*

La Novice. Oui, Monseigneur.

L'Officiant. *Avez-vous bien examiné ce que vous allez promettre, vous êtes-vous essayée à l'accomplir?*

La Novice. Oui, Monseigneur, je m'y suis essayée pendant toute l'année de mon noviciat.

L'Officiant. *Vous sentez-vous la détermination et le courage de l'observer tous les jours de votre vie?*

La Novice. Oui, Monseigneur, moyennant la grâce de Dieu.

L'Officiant. *Faites-vous profession librement et de franche volonté?*

La Novice. Oui, Monseigneur.

L'Officiant. *Voulez-vous encore du temps pour y penser?*

La Novice. Non, Monseigneur.

La Profession Perpétuelle

Questions

L'Officiant. *Ma fille, désirez-vous faire votre sainte profession perpétuelle.*

La Novice-Professe. Oui, Monseigneur, je le désire ardemment.

L'Officiant. *Y avez-vous bien pensé?*

La Novice-Professe. Oui, Monseigneur.

L'Officiant. *Vous sentez-vous la détermination et le courage d'observer vos vœux tous les jours de votre vie?*

La Novice-Professe. Oui, Monseigneur, avec l'aide et la grâce de Dieu.

L'Officiant. *Faites-vous votre profession perpétuelle librement et de franche volonté?*

La Novice-Professe. Oui, Monseigneur.

Après les Questions

La Supérieure remet à la Novice un cierge allumé. Les Religieuses chantent:

Sub Tuum

SUB tuum præsídium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa et benedícta.

L'Officiant dit:

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docúisti, da nobis in eódem spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum. . . .

R. Amen.

L'Oraison étant terminée, la Novice, profondément inclinée, récite le *Confiteor*.

Confiteor

CONfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, Pater, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

L'Officiant lui donne l'Absolution en disant:

Misereátur. . . .
Indulgéntiam, absolutiónem. . . .
R. Amen.

L'Officiant ayant achevé, la Novice se rend au pied de l'Autel et, à genoux devant l'Officiant, elle prononce ses vœux à haute et intelligible voix.

Formule des Vœux

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

Au nom de la Très Sainte Trinité, à la gloire de Notre-Seigneur Jésus-Christ, en l'honneur du Cœur Sacré de la Vierge Marie, Mère de Dieu, et en votre présence, Monseigneur, je voue et promets à Dieu pour . . . Pauvreté, Chasteté, Obéissance, selon les Constitutions de l'Institut des Religieuses du Sacré Cœur de Marie, Vierge Immaculée, approuvées par le Saint-Siège.

Quand elle a terminé, l'Officiant lui dit:

V. Et moi, de la part de Dieu, et conformément à son inviolable promesse, si vous êtes fidèle à vos engagements, je vous promets une vie meilleure, la vie éternelle.

R. Ainsi soit-il.

L'Officiant remet à la Supérieure les Insignes de la Profession, et la Supérieure les passe au cou de la nouvelle Professe. Pendant ce temps on chante ce qui suit:

Regnum Mundi

Regnum mundi, et omnem ornátum sæculi contémpsi, propter amórem Dómini nostri, Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

OMnípotens, sempitérne Deus, cleméntiam tuam implorámus, ut præséntem fámulam tuam [præséntes fámulas tuas], cui [quibus] in tuo sancto nómine signa consecratiónis imposúimus, bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris, quátenus in propósito regulári sic tibi deservíre váleat [váleant], ut ad vitam pervenire mereátur [mereántur] ætérnam.

Deus, qui nos a vanitáte sæculi convérsos ad bravíum supérnæ vocatiónis accéndis, quique renuntiántibus sæculo mansiónes paras in cœlo, diláta cor hujus sponsæ fámulæ tuæ [hárum sponsárum famulárum tuárum] cœléstibus donis, fratérna teneátur [teneántur] compáge caritátis, sit unánimis,

sóbria, simplex et quiéta [sint unánimes sóbriæ simplices et quiétæ], regulária institúta custódiat [custódiant], et quem te inspiránte spíritum perfectiónis concépit [concepérunt], ad eum te adjuvánte pervéniat [pervéniant]. Per Christum. . . .

R. Amen.

L'Oraison terminée, on donne la Bénédiction du Saint-Sacrement, aprés laquelle on chante la *Te Deum* ou on le psalmodie.

Cantique d'action de grâces

TE Deum laudámus,* te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem,* omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli,* tibi Cœli, et univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus,* Apostolórum chorus.

Te Prophetárum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidátus,* laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Eclésia.

Patrem * imménsæ majestátis,

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium.

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ,* Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,* non horruísti vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo,* aperuísti credéntibus regna cœlórum.

Tu ad déxteram Dei sedes,* in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quáesumus, tuis fámulis súbveni; * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine,* et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos,* et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sáeculum,* et in sáeculum sáeculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine,* miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,* quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi * non confúndar in ætérnum.

Part Two

Latin-English Version

Ceremony

For the Reception of the Holy Habit of the Religious of the Sacred Heart of Mary

When vested, the Celebrant proceeds to the Altar, where he intones the *Veni Creátor,* which is continued by the Choir.

Hymn

VENI Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita;
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te práevio,
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium;
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Pátri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sáecula. Amen.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Concéde nos, fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére; et gloriósa beátæ Maríæ semper vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum. R. Amen.

Holy Mass follows.

The Postulants, who are to receive the Holy Habit, kneel in the pews nearest to the Altar. The Mistress of Novices kneels near them. When going to Holy Communion, the Superioress goes first, the Postulants follow, then the Mistress of Novices and the Community. After Mass, there is a Sermon, after which the Celebrant, wearing the cope, blesses the Habits which have been placed on the Epistle side of the Altar.

Blessing of the Habits

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.
R. Ex hoc nunc et usque sáeculum.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, Pater omnípotens, hoc genus indumentórum quod sancti patres in honórem beátæ Maríæ Vírginis, et ad innocéntiæ et humilitátis indícium soróres abrenunciáto sæculo ferre sanxérunt ita ✠ benedícere, ✠ et sanctificáre dignéris: ut hæc ancílla tua [hae ancíllæ tuæ] quæ et cupit [cúpiunt] indúere, exúta [exútæ] ab omni sorde vitiórum, atque ab omni perturbatióne cállidi insidiatóris deínceps protécta [protéctæ] in Ecclésia tua sancta, de die in diem virtútum fulgóre renovétur [renovéntur]. Per Christum. R. Amen.

The Celebrant sprinkles the Habits with Holy Water and then says the following prayers over the Postulants:

Orémus

DEus, qui per Abraham, fámulum tuum, humáno géneri obediéntiæ exémplum tribuísti, quod in tanta fílii tui obediéntia nobis étiam in exémplum profícere dignátus es, concéde huic ancíllæ tuæ [his ancíllis tuis], suæ voluntátis pravitátem frángere ac tuis præcéptis in ómnibus esse devótam [devótas]. Per Christum. R. Amen.

Orémus

OMnípotens sempitérne Deus, réspice propítius Ecclésiæ tuæ preces, et da huic ancíllæ tuæ [his ancíllis tuis] quam [quas] ad novam grátiam vocáre

dignátus es, fidem rectam, caritátem perféctam, humilitátem veram: concéde, Dómine, ut sit in ea [eis] simplex afféctus, firmum in obediéntia perseverándi propósitum, pax perpétua, mens pura, rectum et mundum cor, volúntas bona, consciéntia sancta, compúnctio spirituális, virtus ánimæ, vita immaculáta, consummátio perfecta ac viríliter currens [curréntes], in tuum introíre regnum felíciter mereátur [mereántur]. Qui vivis. R. Amen.

Questions

Celebrant. *My daughter, what do you ask?*

Postulant. My Lord, the Holy Habit of the Religious of the Sacred Heart of Mary.

Celebrant. *My daughter, the Holy Habit of this Community is a symbol of that death to the world, obedience, self-renunciation, poverty, humility, which you should practise every day of your life, as also of the perfect life which you should lead after the example of Jesus Christ and His Holy Mother. Are you, then, fully determined, for the glory of God, your own sanctification and the salvation of souls?*

Postulant. My Lord, after serious reflection, this is my desire and intention.

Celebrant. *My daughter, once again, are you fully determined to live and die under the yoke of*

Jesus Christ, for His love alone and to trample under foot all earthly joys and glory, to imitate the life of the Apostles and to embrace generously all the labors, pains and sacrifices necessary for your perfection and the works of zeal prescribed to you by Holy Obedience.

Postulant. My Lord, strengthened by the grace of God and assisted by the prayers of this Community, to which I shall now have the happiness to belong, I am fully determined.

Celebrant. Deus qui in te [vobis] cœpit ipse perfíciat. Per Christum. . . .

R. Amen.

Orémus

DOmine, Jesu Christe, sine quo nihil póssumus, da huic fámulæ tuæ [his fámulis tuis] et semper fácere et velle, quod te inspiránte inténdit [inténdunt] et illud te adjuvánte perfícere. Qui vivis et regnas Deus in sáecula sæculórum. R. Amen.

The Superioress and Mistress of Novices withdraw with the Postulants. After the Superioress has cut the Postulants' hair, they are clothed with the Holy Habit. Meanwhile the Choir sings:

Regnum Mundi

I.

Regnum mundi, et omnem ornátum sæculi contémpsi, propter amórem Dómini mei Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

II.

Eructávit cor meum, verbum bonum. Dico ego ópera mea Regi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

III.

Elégi abjécta esse in domo, Dómini mei Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

Antiphon

PRudéntes vírgines aptáte vestras lámpades, ecce sponsus venit, exíte óbviam ei.

Antiphon

Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ et ornavérunt lámpades suas.

Antiphon

Et quæ parátæ erant intravérunt cum eo ad núptias et clausa est jánua.

Exuat te [vos] Dóminus véterem hóminem cum áctibus suis.

R. Amen.

Induat te [vos] Dóminus novum hóminem qui secúndum Deum créatus est in justítia et sanctitáte veritátis, in nómine Patris, et Fílii et Spíritus Sancti.

R. Amen.

The Novices enter and go to the Altar Rails. The Celebrant gives each her name in Religion, saying:

My daughter, henceforth you will be called . . .

Then the Celebrant places a Crown of Thorns on her head, and gives her a lighted candle, saying:

Accipe, soror caríssima, lumen corporále in signum lúminis interióris, ad repelléndas ex te ténebras ignorántiæ, vel erróris, et lúmine divínæ sapiéntiæ illustráta cum fervóre sancti Spíritus, Jesu Christi Ecclésiæ sponsi, ætérnum consórtium mereáris, in nómine Patris et Fílii. R. Amen.

Then the Celebrant says:

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, et hanc fámulam tuam [has fámulas tuas] cui [quibus] in tuo nómine hujus sanctæ ac sacræ religiónis

induméntum imposúimus, ✠ benedícere dignéris, et præsta ut te largiénte in Ecclésia devóta persístat [persístant] ut vitam mereátur [mereántur] ætérnam. Per Christum. . . .

R. Amen.

Orémus

TUam, Sancte Spíritus, grátiam implorámus in fámulam tuam [fámulas tuas], afféctum devotiónis infúnde, ut sicut sapiéntia tua est adjúta [sunt adjútæ], ita quoque tua providéntia gubernétur [guberneántur], et per intercessiónem beatíssimæ et gloriosíssimæ semper Vírginis Maríæ, et ómnium Sanctórum, fac eam [eas], a vanitáte sæculi veráciter convérti et sic depriméntem impietátis obligatiónem in ea [eis] dissólve, et ad observántiam hujus sancti propósiti fac eam [eas] veráciter fervére, ut in tribulatiónibus et angústiis tua indeficiénti consolatióne váleat [váleant] respiráre, ac juste et pie per veram humilitátem, atque obediéntiam in vera fraternitáte fundári váleat [váleant] et quod te donánte hódie promísit [promisérunt] felíci perseveránti a cómpleat [cómpleant]. Qui cum Deo Patre et ejúsdem Fílio vivis et regnas per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

Benediction follows, after which the *Te Deum* is chanted or recited.

Te Deum

TE Deum laudámus,* te Dóminum confitémur.
Te ætérnum Patrem,* omnis terra venerátur.
Tibi omnes Angeli,* tibi Cœli, et univérsæ Potestátes.
Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.
Te gloriósus,* Apostolórum chorus.
Te Prophetárum * laudábilis número,
Te Mártyrum candidátus,* laudat exércitus.
Te per orbem terrárum * sancta confitétur Eclésia.
Patrem * imménsæ majestátis,
Venerándum tuum verum * et únicum Fílium.
Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ,* Christe.
Tu Pátris * sempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,* non horruísti vírginis úterum.
Tu, devícto mortis acúleo,* aperuísti credéntibus regna cœlórum.
Tu ad déxteram Dei sedes,* in glória Patris.
Judex créderis * esse ventúrus.
Te ergo quáesumus, tuis fámulis súbveni; * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine,* et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos,* et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sáeculum,* et in sáeculum sáeculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine,* miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,* quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi * non confúndar in ætérnum.

Ceremony of Religious Profession

When vested, the Celebrant goes to the foot of the Altar and intones the *Veni Creátor,* which the choir continues.

Hymn

VENI Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita;
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te práevio,
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium;
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Pátri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sáecula. Amen.

After the *Veni Creátor*, the Celebrant says:

V. Emítte spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Salvam [salvas] fac ancíllam tuam [ancíllas tuas] Dómine.
R. Deus meus sperántem [speránte] in te.

V. Mitte ei [eis] Dómine auxílium de sancto.
R. Et de Sion tuére eam [eas].

V. Nihil profíciat inimícus in ea [eis].
R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei [eis].

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum. R. Amen.

Holy Mass follows.

The Novices, who are to make vows, kneel in the pews nearest to the Altar. The Mistress of Novices kneels with them. When going to Holy Communion, the Superioress goes first, then the Novices, next the Mistress of Novices, and lastly the Community. A Sermon follows the Mass. After it, the Celebrant, wearing the cope, blesses the Insignia of Profession.

Temporary Vows

Blessing of the Insignia of Profession.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.
R. Ex hoc nunc et usque in sáeculum.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DOmine, Jesu Christe, qui dilexísti nos et tradidísti temetípsum pro nobis, imménsam tuæ largitátis abundántiam implorámus, ut hæc signácula donatiónis et consecratiónis, glóriæ nóminis tui et honóri Cordis sacratíssimi Maríæ Vírginis Matris tuæ, ita ✠ benedícere et sancti ✠ ficáre dignéris, ut hæc fámula tua [hæ fámulæ tuæ] quæ illis indúta fúerit [indútæ fúerint] te indúere mereátur [mereántur]. Per ómnia sáecula sæculórum.

R. Amen.

The Celebrant blesses and incenses the Insignia of Profession.

The Novices go to the Altar rail, where the Celebrant asks them the following questions:

Questions for Temporary Vows

Celebrant. *My daughter, do you desire to make Religious Profession?*

Novice. Yes, My Lord, I ardently desire to do so.

Celebrant. *Have you seriously reflected on the step you are about to take?*

Novice. Yes, My Lord.

Celebrant. *Have you examined well what you are about to promise, and have you tried to accomplish it?*

Novice. Yes, My Lord, I have earnestly tried to do so during my novitiate.

Celebrant. *Are you determined to observe during your whole life, the Holy Vows you are about to take?*

Novice. Yes, My Lord, with the help of God's grace.

Celebrant. *Do you make Profession of your own free will?*

Novice. Yes, My Lord.

Celebrant. *Do you want more time to reflect?*

Novice. No, My Lord.

Questions for Perpetual Vows

Celebrant. *My daughter, do you desire to make your Perpetual Profession?*

Professed-Novice. Yes, My Lord, I ardently desire to do so.

Celebrant. *Have you seriously considered it?*

Professed-Novice. Yes, My Lord.

Celebrant. *Do you feel the courage and determination to observe your vows all the days of your life?*

Professed-Novice. Yes, My Lord, with the assistance of God's grace.

Celebrant. *Do you make your Perpetual Profession of your own free will?*

Professed-Novice. Yes, My Lord.

After the Questions

The Superioress gives a lighted candle to each of the Novices. The Choir sings the *Sub Tuum.*

Sub Tuum

SUB tuum præsídium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecatiónes ne despícias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, Virgo gloriósa et benedícta.

The Celebrant says:

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

DEus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docúisti, da nobis in eódem spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum. . . .

R. Amen.

The Novices, inclining profoundly, say the *Confiteor*.

Confiteor

CONfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, Pater, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

The Celebrant gives the Absolution, saying:

V. Misereátur . . .
V. Indulgéntiam, absolutiónem.
R. Amen.

Each Novice goes to the foot of the Altar, and kneeling before the Celebrant, pronounces her Vows loudly and distinctly.

Formula of the Vows

In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. Amen.

In the name of the most Holy Trinity, for the glory of our Lord Jesus Christ, in honor of the

Sacred Heart of Mary, Virgin Mother of God, and in your presence, My Lord, I vow and promise to God, for . . . Poverty, Chastity and Obedience, according to the Constitutions of the Institute of the Religious of the Sacred Heart of Mary, Immaculate Virgin, approved by the Holy See.

When she has finished, the Celebrant says:

V. And I, on the part of God and conformably to His inviolable promise, if you are faithful to these engagements, I promise you a better life, Life Eternal.

The Celebrant gives the Superioress the Insignia of Profession, which she puts round the neck of the Novice. The Choir sings:

Regnum Mundi

Regnum mundi, et omnem ornátum sæculi contémpsi, propter amórem Dómini nostri, Jesu Christi.

Quem vidi, quem amávi, in quem crédidi, quem diléxi.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus

OMnípotens, sempitérne Deus, cleméntiam tuam implorámus, ut præséntem fámulam tuam [præséntes fámulas tuas], cui [quibus] in tuo sancto

nómine signa consecratiónis imposúimus, bene ✠ dícere et sancti ✠ ficáre dignéris, quátenus in propósito regulári sic tibi deservíre váleat [váleant], ut ad vitam perveníre mereátur [mereántur] ætérnam.

Deus, qui nos a vanitáte sæculi convérsos ad bravíum supérnæ vocatiónis accéndis, quique renuntiántibus sæculo mansiónes paras in cœlo, diláta cor hujus sponsæ fámulæ tuæ [hárum sponsárum famulárum tuárum] cœléstibus donis, fratérna teneátur [teneántur] compáge caritátis, sit unánimis, sóbria, simplex et quiéta [sint unánimes sóbriæ simplices et quiétæ], regulária institúta custódiat [custódiant], *et quem te inspiránte spíritum perfectiónis concépit [concepérunt], ad eum te adjuvánte per*véniat [pervéniant]. Per Christum. . . .

R. Amen.

Benediction follows. After it the *Te Deum* is chanted or said.

Te Deum

TE Deum laudámus,* te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem,* omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli,* tibi Cœli, et univérsæ Potestátes.

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus,* Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus,* Apostolórum chorus.

Te Prophetárum * laudábilis número rus,

Te Mártyrum candidátus,* laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia.

Patrem * imménsæ majestátis,

Venerándum tuum verum * et únicum Fílium.

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ,* Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem,* non horruísti vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo,* aperuísti credéntibus regna cœlórum.

Tu ad déxteram Dei sedes,* in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quáesumus, tuis fámulis súbveni; * quos pretióso sánguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine,* et bénedic hereditáti tuæ.

Et rege eos,* et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sáeculum,* et in sáeculum sáeculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine,* miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,* quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi * non confúndar in ætérnum.